

Johann Quistorp

**Prorector Academiae Rostochiensis Johannes Quistorpius S. S. Theol. D.  
Professor & Ecclesiast. Ad Exequias, quas ... Viro Dn. Iusto Zinzerlingio I. U. D. &  
Dicasterii Megapolitani Assessori, liberi & affines, Ad horam ... paratas cupiunt,  
Omnes omnium ordinum Academiae Cives peramanter invitati**

Rostochi[i]: Pedanus, 1632

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77713151X>

Druck    Freier  Zugang



PRORECTOR  
Academiae Rostochiensis  
**JOHANNES QUISTORPIUS**  
S. S. Theol. D. Professor  
& Ecclesiast.

118.

*Ad*  
Exequias,  
quas

Clariſſimo & Consultiſſimo Viro

**DN. JUSTO**  
**ZINZERLINGIO**

J. U. D. & Dicasterij Megapolitani  
Assessori, liberi & affines,

*Ad horam medianam primam in templo Ma-  
riano paratas cupiunt,*

Omnes omnium ordinum Academia  
Cives peramanter invitati.



ROSTOCHI  
Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.  
ANNO M. DC. XXXII.

LB FP Zinzerling, Justus 1632





## PRORECTOR

Academiæ Rostochiensis

# JOHANNES QUISTORPIUS

S. S. Theol. D. Profess. & Eccles.



At videbatur plaga-  
rum, præclaræ apud nos fa-  
miliæ Clingianæ, immis-  
sum, quæ, intra paucos  
hosce proximos menses.  
Viros Cancellariatus di-  
gnitate ornatos duos, fœ-  
minas, illis quæ hunc sexum exornant virtutib-  
us insignes, quatuor, morte abreptas luxit;  
Sat hæc videbantur, quando instar undæ un-  
dam trudentis, luctus luctum excepit, ac vulne-  
ra insequentia præcedentibus ad coalescen-  
dum tempus non concesserunt, quæq; vix ci-  
catricem ducere inceperunt, nova ad vivum  
plaga recruduerunt. Sat, inquam, hæc vide-  
bantur, Speraveramusq; luctui pausam conces-  
sum iri. Verum novâ illum immissa plagâ  
continuari cernimus. Luget denuò eadem

A 2

fas

familia morte sublatum Dn. Justum Zinzer-  
lingium J. U. D. eximum, Dicasterij Megapoliti-  
tani Assessorem prudentissimum. Quem, qui  
noverunt proprius, jure justissimo, propter  
multijugem, quam sibi indefessâ industria pa-  
raverat, scientiam, Antiquitatis Græcæ & La-  
tinæ ~~Eu~~<sup>eu</sup>on, librorum gurgitem, vivam biblio-  
thecam, nominari posse non dissitebuntur.  
Non à vobis ô Clingiani exigimus, ut ad tot,  
tantaq; vulnera obligeatis, & siccis illa oculis  
intueamini: tanta illa sunt, quæ vel ferreum  
pectus frangere possint. Certe quorum nos-  
vita propter amicitiæ, agnationis & affinitatis  
solatia delectabat, qui fieri potest, ut eorum  
mors nullam nobis ingerat mœstitudinem:  
Quam qui prohibet, prohibeat si potest, ami-  
ca colloquia, intercidat amicabilem societa-  
tem, vel interdicat affectum omnium huma-  
narum necessitudinem, vincula mentis im-  
miti stupore dirumpat, aut sic ijs utendum  
censeat, ut nulla ex eis animum dulcedo per-  
fundat. Quod si fieri nullo modo potest, et  
jam hoc quo pacto futurum est, ut illorum no-  
bis amara mors non sit, quorum dulcis fuit vi-  
ta: Christus ad tumulum Lazari, nec flentes  
arguit, nec à fletu prohibuit, & ipse cum flen-  
tibus;

tibus slevit: sletum tamen hunc & lucrum,  
quem natura & naturæ autor vobis concedit.  
Christiana prudentia moderabitur. In crudeli-  
tate plenæ sunt istæ lacrime, quæ non habent mo-  
dum, quæ usq; ad viciniam mortis accedunt, ait  
Divus Hieronymus. Plura ut hanc in rem ad-  
feram, quibus vos lucui modum statuere ju-  
beam, vetat vestra, jam ante ex lucu vestro-  
rum funeribus concepto superando, probata  
animi fortitudo. Ut autem hoc consuetudi-  
ni apud nos receptæ dem, paucis ~~mane~~ No-  
stræ vitam delibabo. Post Deum illam acce-  
ptam refert patri Viro Reverendo ac Doctissi-  
mo Dn. M. Michæli Zinzerlingio, Ecclesiæ pri-  
mùm Eschenbergensis ad triennium, deinde  
Tungedanæ per quadraginta tres annos pasto-  
ri fidelissimo: Matri, Justine, Dn. Justi Ludo-  
vici Brysomanni polyhistoris, Græcarum lite-  
rarum, & oratoria in illustri Jenensi Academiæ  
professoris, & ad tempus aliquod illustrissimi  
principis Dn. F R I D E R I C I W I L H E L M I Ducis  
Saxonizæ studijs formandis præfecti, filiæ.  
Avogavisus fuit paterno Dn. M. Johanne Zin-  
zerlingio, qui postquam à Megalandro Luthe-  
ro, & D. Bugenhagio ad ministerium Ecclesia-  
sticum ordinatus esset, Ecclesiæ Wangenhei-

mensu Pastor, & toti Diæcensi Superintendens  
per integros 51. annos præfuit. Parentes cum  
filium hunc suum, Anno, supra millesimum  
quingentesimum. Octuagesimo ex se natum, &  
domi ab infantia fideliter institui curassent, &  
doctis informandum magistris commisissent,  
eundem deinde ad Scholas superiores ablega-  
verunt, ut illud quod domi & in patria litera-  
rium ingressus fuerat stadium, decurreret. Nec  
in eo frustra fuerunt: ad studia natum filium,  
& strenue & feliciter ad metam sibi propositam  
contendere viderunt. Non ille, ut vulgus lite-  
ratorum facere videmus, antè Themidos, qui-  
bus se sacraverat, studia contingere voluit, quā  
sibi Græcæ & Latinæ linguarum, historiæ &  
antiquitatis cognitionem parasset: videbat  
quippe, horum beneficio, celeribus JurisAn-  
tistitibus ad Themidos se intima penetrare cō-  
cessum fuisse, & concedi; cujus vix limina salu-  
tāt, qui his medijs destituuntur. Postquā annos  
aliquot in Germaniæ Academijs, & cum primis  
in celeberrima Jenensi & Altorfina substitisset,  
& Basileæ summos juris titulos Doctoreos an-  
no 1609. consecutus esset, in Galliam & Italiam  
perrexit. Nec solum in doctorum virorum,  
quos ea loca alunt, & familiaritatem se pene-  
travit,


travit, sed & multa experientia, ceu Ulysses,  
pectus complevit. Scriptisq; aliquot juridicis  
& Philologicis eruditis, Galliæ item itinerario,  
typis exscriptis, nominis sibi celebritatem pa-  
ravit. Ex Gallijs egressus, Germaniam patriam  
repetivit. Ad nos in hanc Urbem & Academi-  
am venit, Anno millesimo sexcentesimo deci-  
mo nono. Compedes ipsi hic suaves, ne ulte-  
rius peregrinando pergeret, injectæ sunt. Ma-  
trimonium, inquam, contraxit, cum virginæ  
pudicâ & formosâ, *Agneta Hanen* filia Dn.  
*Bernhardi Hanē* Civis apud nos olim primarij,  
Dn. *Bartholomaei Clingij* Juris antecessoris exi-  
mij, & Consiliarij Megapolitani celeberrimi,  
pronepte. Quæ defunctum hunc Nostrum  
quatuor liberorum, *Johannis Bernhardi*, & *Fri-  
derici* filiorum, *Agneta*, & *Elisabetha* filiarum,  
patrem fecit. Ex his prima natu filia *Agneta*,  
morte sublata, ad superas concessit sedes, quam  
mensis superioris Februarij die nono, mater,  
defuncti hujus Nostri conjux, insecura est.  
Quibus Noster hic nudius tertius, postquam  
cum vehementi febri per octiduum colluctatq;  
fuisset, conjunctus est. Vivit ille nunc cum  
conjuge suavissima, & filia primogenita illam  
vitam, in qua eum belli injuriæ non contin-  
gunt;

gunt; maris tempestas non lœdit; morbus non  
fatigat, nec adversa ulla exercent. Hæc no-  
stra Cives Academicæ meta est, ad illam, quo-  
quot Christiani veri sumus, anhelamus. Fa-  
xit Jehova ita curramus, ut ab ea non aberre-  
mus. Hodie, ad medium primæ pomeridianaæ,  
defuncti exuvia in templo Mariano, terræ  
committentur; & in dormitorium reponen-  
tur. Ut ad illas eò deducendas frequentes  
conveniretis, prolixè vos rogarem, nisi in gra-  
tiam defuncti, & Amplissimæ affinitatis, vos  
sponte vestra id facturos confiderem. Si quis  
tamen, & meæ admonitioni locus est, amicè  
contendo, ut hoc quicquid est ultimi officij  
Defuncto præstetis. Vivum vobis gratum  
fuisse, & familiae Clingianæ, bene de Nostra  
Academia meritæ, & adhuc merenti, vos serio  
condolere frequenti præsentia docete. P. P.  
Rostochij 13. Martij Anno 1632.



nibus flevit: fletum tamen hunc  
quem natura & naturæ autor vobis  
Christianæ prudentia moderabitur.  
tate plena sunt istæ lacrumæ, quæ  
dum, quæ usq; ad viciniam mortis  
Divus Hieronymus. Plura ut ha-  
feram, quibus vos luctui modum  
beam, vetat vestra, jani ante ex-  
sum funeribus concepto supera-  
animi fortitudo. Ut autem ho-  
ni apud nos receptæ dem, pauci-  
fri vitam delibabo. Post Deu-  
ptam refert patri Viro Reverendissimo  
Dn. M. Michaëli Zinzerlingi  
mūm Eschenbergensis ad trien-  
Tungedanæ per quadraginta tre  
ri fidelissimo: Matri, Justina, I  
vici Brysomanni polyhistoris, G  
tarum, & oratoriæ in illustri Jen-  
professoris, & ad tempus aliquod  
principis Dn. F R I D E R I C I W I L H E  
Saxoniæ studijs formandis p  
Avogavilus fuit paterno Dn. M  
Zinzerlingio, qui postquam à Mega-  
ro, & D. Bugenhagio ad ministerium  
sticum ordinatus esset, Ecclesiæ

A 3



im,  
dit,  
deli-  
mo-  
, ait:  
ad-  
jur-  
tro-  
bata  
udi-  
No-  
cce-  
issi-  
pri-  
inde-  
sto-  
ado-  
lite-  
emia  
simi-  
lucis  
iliæ.  
Zin-  
ithe-  
lesia-  
hhei-  
nenfil